

b. h.  
420,6.

(X187 7422)

ORATIO

de

JESVITARVM  
STROPHIS CIRCA  
CANONEM SCRIPTU-  
RARUM:

524  
II i  
1828

ET DE CONSENSU AN-  
tiquitatis cum Ecclesiis Ortho-  
doxis hujus temporis.

*Habita*

IN ANTIQVISSIMA ACADe-  
mia Palatina Heidelbergae:

CUM LICENTIAE GRADUS IN  
S. Theologia M. Bartholomæo Kekermanno  
Dantiscano solenni actu con-  
ferretur

XXIII Martii Anno M. DC. II.

A

DAVIDE PAREO S. Theologiae  
Professore.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE (SAALE)



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

TYPIS VOEGELINIANIS.

anno Christi reDeMtørls nostrl.



REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO, D. BARTHOLOMÆO KEKERMANNNO, S. Theologiae Licentiato, in inclyto Gedanensium Gymnasio Professore:  
amico suo integerrimo

DAVID PAREUS. S.

**N**ucula, fateor, & incompta magis hæc prodit oratio, quã ut placere politioribus queat. Quod si asscittio caret ornatu aut cultu; caret utiq; & fuce. Nuda & simplex est veritatis oratio: quæ cum bonis & candidis merito placeat, forte & hæc non displicebit.

Leçta & attrita fuit à non paucis fratribus, qui eam à me flagitarunt, propter argumēti genus, quod à pluribus quidem fuse hæctenus, sed nondum tali compendio judicarunt pertractatum. Horum proinde flagitationi ut satisfacerem copiosius, simulq; aliis, qui de his adversariorum argutiis meliora ex suo penu depromere nondum valēt, gratificarer: forte etiam ami-

A 2 co, qui

co, qui posteriori argumento materiam  
dedit, resipiendi ansam (misericordie Domi-  
no) porrigerem: editioni non sum refraga-  
tus.

Tibi vero, Vir clarissime, meritissimo  
debetur. Tuis illa honoribus ministravit,  
interfuit, praesuit. Accipe igitur hoc mei  
in te amoris symbolum. Lacunam vero,  
quam vides ad questionem propositam  
offerri lectori, tu vicissim da operam ut  
expleas: & doctissimam tuam explica-  
tionem questionis, nec non tua Palatina-  
tus ἐγκωμια, quibus Academicam πανήγυριν  
sua visum claudebas, ἀμοιβαίον nobiscum  
communices.

Vale cum conjuge: & ex me reverendos  
in Domino fratres collegas tuos, nec non  
antiqua virtute & prudentia virum D.  
Reinh. Kleinfeld. reverenter saluta. Hei-  
delberga, Calendis Febr. Iulianis. anno  
Christi 1701. reDeMtorIs nostrI.

O R A.

I  
O R A T I O  
DE JESUITARUM  
STROPHIS CIRCA CANONEM  
scripturarum: & de Consensu an-  
tiquitatis cum Ecclesiis or-  
thodoxis hujus tem-  
poris.

PRINCIPIO, *Deum Patrem lumi-  
num toto pectore invoco, ut sanctam  
hanc nostram πνεύματι Spiritus sui radiis  
collustrare dignetur, atq; dirigere ad san-  
ctissimi sui nominis gloriam, ad Ecclesie  
sue adificationem, ad inclytæ hujus Aca-  
demie incrementum ac decus, deniq; ad  
nostram omnium salutem: per & propter  
Immanuelem Dominum nostrum Iesum  
Christum. Amen.*

Magnifice D. Rector; Illustres ac Gene-  
rosi Barones; Reverendi, amplissimi, cōsultif-  
simi, clarissimi viri, Doctores ac patres Acade-  
mici, Domini & collegæ honorandi; hospites  
lectissimi; tuque studiosissima juvenum co-  
rona; Produco vobis è schola Theologo-  
rum, hunc S. Theologiæ Candidatum, so-  
lum quidem, sed quem sibi vice multorum  
gratuletur Ecclesia, virum ornatissimum &  
doctissi-

doctissimum, M Bartholomæum Kekermannum, Sanctæ linguæ in hac Academia professorem, & Collegii Sapientiæ præceptorem; de cuius præclaro instituto ante, quàm verba ad vos faciam, atque id, cuius gratiâ nûc augustissimo hoc loco convenimus, peragam, pro laudabili Scholæ consuetudine aliquid mihi præfandû esse duxi.

Cogitanti autem mihi, de quo potissimû argumento aliquid ista solennitate vestrisq; auribus dignum adferrem: hinc quidem universa Scriptura prophetica & Apostolica varios locos difficultate quadam insigniores enucleandos offerebat: inde verò ex intimis S. Theologiæ adytis non pauca de fide nostra subtilioris explicationis *ζητήματα* *θεωρημα* occurrebant. Verùm hæc cùm in scholis Theologorum pertractentur commodiùs: visum est potius ex media *πράξει* Ecclesiarum hujus temporis argumentum aliquod delibare. Neque hic procul mihi eundum fuit. Venit mihi in mentem gravissima vox magni cujusdam piissimi atque prudentissimi HEROÏS nuper cum felicis memoriæ Doctore nostro TOSSANO de infelicibus Evangelicorum inter se concertationibus differentis, atque tandem suadentis: satis jam & nimis disceptatum domi esse de Ubiquitate, de Eucharistia, de prædestinatione &c. nec morandos amplius esse factioso-

ctioso.

ctioforum quorūdam clamores, quos evidētia evictæ veritatis & propria conscientia refutet, quosque patientia nostra, silentium, & tēpus ipsum sit forte mitigaturum: Nunc communia arma, signa & acies convertendas esse in communem hostem Antichristum Romanum, ejusque primipilares *αρχαί* Jesuitas, qui ante fores commune exitium omnibus Ecclesiis reformatis immani conatu machinantur. Sicut enim, cū ab hoste externo mœnia foris arietibus pulsantur, subtus cuniculis irruptio paratur, de super ignibus & glandibus volantibus turrium summitates verberantur, ædiumque tecta divastantur; nihil tunc est stultius neque perniciosius, quàm cives velle de aliis aut cœpis intervēsis invicem litigare, de mutuis verborum jurgiis & iniuriis, de stillicidiis, deque non servata domus locatione, ad prætorem currere: sed tempus est, nisi cum suis cœpis & litibus se suasque fortunas omnes ipsamque Rempu. propediem everfam videre velint, patienter dissimulatis injuriis, & prudenter sopitis discordiis intestinis, animis armisque conjunctis ad ruinas murorum accurrere, hostemque irrumpentem profligare: Ita se planè habent dissidia nostra intestina in communi hoc præsentissimoque periculo, quando Romanus Pontifex tam illos quàm hos pa-

*Periculum  
commune  
Ecclesis  
Evangelicis  
a Pontifice  
Rom.*

riter jam pridē hæreseos crimine damnavit,  
& vi fraudibusq; hoc unū agit, ut tā illos quā  
hos sub tyrannidis suæ jugum denuò adigat.

Neque mihi in præsentia est propositum  
explicare, quæ, aut qualia, aut quanta sint E-  
vangelicorum dissidia, aut quibus rationi-  
bus & modis ea componi debeant vel pos-  
sint in communi periculo. Id enim vix pau-  
cis nunc à me exponi posset: & extat de hac  
quæstione, *An & quare hoc tempore gliscentis, vel  
potius grassantis tyrannidis Pontificiæ syncretismus  
& coitio fieri inter Ecclesias Evangelicas de Eucha-  
ristia dissidentes adversus communem hostem debe-  
at*, à Clarissimo olim Theologo collega &  
compatre meo honorando D. *Georgio Sohnio*  
ante annos XIV. evulgata, brevis & erudita  
disputatio.

Hoc potius nunc agam, ut *primū* qui-  
dem compendiosa quædam Antichristi stra-  
tagemata, quibus hodie maximè contra nos  
pugnat, vobis detegam. *Deinde* sophisma nō  
dissimilis argumenti plausibile admodum  
cujusdam defectoris, quo patrū authorita-  
te Ecclesias nostras gravat & damnat, vobis  
exponam, breviterque discutiam. Vos  
ego, qua possum, observantia rogatos vo-  
lo, ut de his aliquid dicentem patienter au-  
diatis.

PRINCIPIO igitur, veluti tyrannus, si sæ-  
vitiâ suâ se principatu excusserit, ante omnia  
vi ar-



5  
vi armisque tyrannidem amissam recupera-  
re tentat; quibus cum non proficit, ad infi-  
dias & stratagemata se convertit: ita Roma-  
nus Pontifex postquam intolerandâ super-  
biâ & crassissimâ idolomaniâ per Germani-  
am, Galliam, aliaque Christiani orbis regna,  
dominatu suo, quem in Ecclesias tyrannicè  
diu usurparat, magna ex parte se ipsum ex-  
cussit: notum est, quanta vi, adhibitis Impe-  
ratorum, regum, principum armis, rem ad-  
huc egerit, ut hæreticos, quos vocat, everte-  
ret. Nec defuerunt ei audaces sophistæ, qui  
impia ejus dogmata de indulgentiis, de sa-  
tisfactionibus, de purgatorio, de missa, de  
cultu idolorum, de invocatione mortuorû,  
de meritis operum, deque traditionibus &  
decretis pontificum, argutissimè adversus  
Evangelicos Doctores tuerentur. Et  
armis quidem Imperium & regna vicina  
perturbavit sæculo superiore non semel  
crudelissimè, graviterque res Ecclesiarum  
orthodoxarum afflixit: attamen jugum eis  
suum denuo injicere per Dei gratiam non-  
dum valuit. Quantum verò ad certamen  
dogmatum attinet, quamvis ille jam pridem  
nos accuset gravissimarum hæreseon atque  
*ἑτεροδοξίας* ab Ecclesia Apostolica, cujus exu-  
viis ipse sese foris jactitat, cum intus sit bestia  
Ecclesiam Apostolicam dilanians, sicut olim  
Cumanus ille Asinus exuviis leonis sese o-

*R. Pontifex  
suis indul-  
gentiis ty-  
rannide ex-  
cussus.*

*R. Pontifi-  
cis conatus*

*Evangelii-  
corum seces-  
sio ab Eccle-  
sia Roma-  
na apostata-  
tica.*

stentabat, ut leo videretur: tamen nostri jam pridem contrà demonstrarunt, doctrinam suam per omnia sacræ scripturæ consentaneam minimeque hereticam esse, neque se ab Ecclesia Romana Apostolica sed à Romana Apostolica secessionem fecisse, & ab Antichristo ad Christum rediisse: omnem verò dissidii hujus dijudicationem ad iudicium sacrarum scripturarum, atque concilii Christiani, liberi, legitimeque coacti & administrati, pertinere ostenderunt.

Hic verò videte Satanæ astutiam, observate Pontificis artes & stratagemata. Jam ab annis prope viginti non multum laborant Jesuitæ circa ipsa religionis Christianæ dogmata, ut vel nostra impugnent, vel sua propugnent ex scripturis sacris, quod antehac Papatus defensores facere conabantur; quādoquidem id genus pugnae jam olim infeliciter sibi cedere senserunt. Cōpendiosior visa est ad victoriam via, si semel omnem scripturæ sacræ auctoritatem convellerent: cūq; palam id facere absque impietate non possent, saltem eam Pontificis sui arbitrio subicerent: omne præterea jus cognoscendi, dijudicandi & decidendi controversias Religionis, ad eundem Deum suum Papam traderent. In disceptationem igitur nūc vocant, ipsum Sacrarum scripturarum Canonem, sicq; de eo disputāt, ut, si illis credimus,

aut

*Papa Deus.  
d. 96. c. Sa-  
tis eviden-  
ter.*

aut concedimus quod volunt, nihil jam scripturæ contra Papam amplius valeant, nec nobis restet aliud, nisi ut victi manus demus, & cras incipiamus rursus Romano subdere colla iugo. Nam quod proximè sub exitum disputationis publicæ Ornatissimi nostri Candidati Coronidis vice uno tantum verbo auditoribus suggerebam, nunc verò, quia id observare plurimū refert, in gratiam studiosæ juventutis aliquantò explicatius repetere statui.

Primum disputant, Canonem scripturarum Sacrarum ab Ecclesia esse constitutum, & proinde omnem authoritatem, quo ad nos, ab Ecclesia habere. Quod enim libri prophetarum & Apostolorum sunt sacri & divini, id quidem eos habere à Deo, à prophetis & apostolis: quòd verò apud nos censentur divini & Canonici, id eos habere ab Ecclesia. Si autem quæras, quæ sit ista Ecclesia, dicent esse Papam, Episcopos, & clerum. Nam Laicos, ut viles animas, vix in aliqua parte Ecclesiæ censent, ut meritò dicant laici:

*Nos viles pulli nati infelicibus ovis;  
Clericus est contra gallinæ filius alba.*

Hoc uno stratagemate omnes ictus scripturarum egregiè eliferunt: ut quicquid nos inde adversus Papæ impietates, idola aut tyrannidem adferamus, nihil id tamen habeat momenti, quia authoritas scripturæ non valet

contra

1.

*De Canonis  
authorita-  
te.*

*Pigh. de  
Hier. l. 1. c. 2  
Staplet. de  
author. Ec-  
cl. l. 2. c. 11.  
sect. 7. § de  
Princ. l. 9.  
c. 14.*

*Ecclesia  
Papalis  
qua.*

contra Ecclesiam, id est, Papam & Papatum.  
Sic actum est de nobis cum nostra scriptura.

I I.  
De scriptu-  
rarum ob-  
scuritate.

2 Pet. 1. 20.

Secundò disputant, scripturam esse densis-  
simis obscuritatibus involutam, ut absque  
interprete intelligi nequeat. Jus verò inter-  
pretandi scripturam esse penes Ecclesiam,  
h. e. penes Papam & Episcopos, quia scriptū  
est: *Scriptura non est ιδίας ἑρμηνείας, privata in-  
terpretationis.* Hoc altero stratagemate vi-  
dete, quid efficiant. Nulla jam interpretatio,  
nulla glossa tam erit frivola, absurda, falsa,  
contorta, modo eam Papa de sacerrimi pe-  
ctoris sui scrinio eructaverit, quin sit de mē-  
te scripturarum, & cui contradicere nobis  
fas sit. Stabit exempli causâ glossa verborum:

Ioh. 21. 15. 16

*Pasce agnos meos*, h. e. Tu Petre, esto princeps  
apostolorum: *Pasce oves meas*, h. e. Tu Papa  
successor Petri esto monarcha totius Ec-  
clesiæ.

III.  
De scriptu-  
rarum per-  
fectione.  
Cōcil. Trid.  
sess. 4.

Tertiò disputant, scripturam esse semiple-  
nam, plurimos libros esse amissos, nec omnia  
ab Apostolis esse scripta, sed plurima tantū  
ore tenus tradita. Defectum verò suppletum  
esse traditionibus Apostolorum & Ecclesiæ  
h. e. conciliorum & Papæ decretis, pari cum  
scriptura pietatis affectu & veneratione su-  
scipiendis. Quid verò, Auditores, hoc ar-  
tificio ad immensam illam Traditionum,  
Canonum, decretorum & decretalium far-  
raginem canonica autoritate muniendam

com-

compendiosius? id quod jam olim facere non dubitavit Gratianus *dist. 19. c. In canonicis scripturis*: loco Augustini sceleratè depravato; quod falsi crimen ne ipse quidem Bellarminus omni sua sophistica, quo modo excusaret, invenire potuit. Facit idem apertè cōcilium Tridentinum sess. 4. decreto de Canonicis scripturis.

Quartò disputant, controversiarum, quæ hodie sunt de Religione inter nos & ipsos, solum & summum esse judicem oportere Papam Romanum: quia is sit caput & Monarcha Ecclesiæ; solus habeat judicium infallibile, eò quòd de eo dictum est: *Ego oravi pro te, papa, ne deficiat fides tua*, h. e. ne erres judicio; solus denique habeat jurisdictionem coactivam à Christo sibi immediatè collatam, quando dixit: *Tibi Papa dabo claves regni cælorum*, hoc est, potestatem coactivam.

*I V.  
De iudice  
controversiarum.*

*Luc. 22. 32.*

*Matth. 16.*

*19.*

Hoc est compendium compendiorum, ad victoriam longe facillimum. Si enim Papa est controversiarum iudex, jam lata sententia est: jam iudicati & damnati nos sumus à iudice, & frustra nos Papæ errores, hæreses, idola, denique tyrannidem ex Prophetarum & Apostolorum libris accusamus atque damnamus.

Hæc sunt præcipua Satanæ artificia hoc tempore, in disputationibus Jesuitarum de scripturarum sacrarum autoritate, obscuritate

ritate

ritate & imperfectione, deq; Pontificis Romani judiciaria atque coactiva potestate.

*Jesuitæ cū  
Papa hære-  
tici pronū-  
tiantur ab  
Irenæo.*

*Iren. l. 3. c. 2*

VERUM enim verò, auditores, nihil profecto hinc aliud illi proficiunt, nisi quod produnt se cum suo Papa esse perditissimos illos hæreticos, Valentinianorum, Basilidianorū, Marcionitarum genuinos successores, de quibus vetustissimus scriptor IRENÆUS jam olim disertè sic scripsit: *Cum hæretici arguuntur ex scripturis, in accusationem vertuntur ipsarum scripturarum, quasi non rectè habeant, neq; sint ex autoritate, & quia variæ sint dictæ (h. e. sint obscuræ & ambigæ) & quia non possit ex his inveniri veritas ab iis, qui nesciāt TRADITIONEM (h. e. sint imperfectæ sine traditionibus.) Non enim per literas traditam illam; sed per vivam vocem, ob quam causam & dixisse Paulum: sapientiam loquimur inter perfectos.* Hæc Irenæus. Hinc ego omnes illos Scripturarum hostes appello, conscientias, inquam, Jesuitarum, si quas habent, appello, an non vidente, audiente, sentiente toto orbe Christiano, videāt, audiant, sentiant, se ab Irenæo digito monstrari? Quinam enim quæso sunt hodie, qui cum arguuntur ex scripturis, in reprehensionem convertuntur ipsarum scripturarum, quod non sint ex autoritate, quod sint obscuræ, ambigæ, imperfectæ, nec sola controversiarum norma? Nulli profecto alii præter Jesuitas cum Papa in orbe Christiano.

Hæc

Hæc igitur *primum* in istos probè obser-  
vari velim, certissima esse hæreticorum *κεί-  
τηρα*, authoritatem scripturarum sugillare, *κείτηρα*  
obscuritatis & imperfectionis eas accusare, *hæreticorū*  
traditiones ut scripturarum supplementum  
& verbum Dei non scriptum jactare &c.

*Deinde* quatuor illa compendia, ut verbo  
dicam, sunt totidem mendacia impietatis  
plena.

Principio falsum est, Canonem ab Eccle- *Canon &*  
sia constitutum esse, & authoritatem divi- *Canonica*  
nam vel canonicā, sive in se sive quoad nos, *authoritas*  
tantum ab Ecclesia habere. Sicut enim Sol *Scriptura-*  
summè est lucidus & fons lucis, tum in se, tū *rum est à*  
quoad oculos nostros quos luce sua irradiat, *Deo non ab*  
sive credatur esse lucidus à nobis sive non: *Ecclesia.*  
Ita Deus qui prima lux est, & verbum Dei  
per prophetas & apostolos dictum vel scri-  
ptum, quod prima veritas est, summè est *ἀξι-*  
*όπισον* atque authenticum tam in se quàm  
quoad mentes nostras, quas intus occultis  
radiis perstringit atque convincit, sive pro  
authentico divino & Canonico habeatur à  
mundo, sive non. Et cur quæso prophetae  
suas conciones, Apostoli suas epistolas scri-  
pserunt Ecclesiis? Nonne iccirco, ut essent  
ipsis regula & mensura fidei, doctrine & mo-  
rum? Imò, inquit Bellarminus, *ut essent com-*  
*monitorium quoddam utile ad conservandam &*  
*fovendam doctrinam ex predicatione acceptam.* *Bell. l. 4. c.*  
*12. de verb.*  
Esto.

*Scriptura  
sive proprio  
sunt Cano-  
nica.*

*Gal. 6. 16.*

Esto. Ab hoc verò comonitorio licuitne Ec-  
clesiis unquam magis quàm ab ipsa doctri-  
na prædicata deflectere? Nequaquam. Ergo  
ut essent comonitorium Canonicum scri-  
pserunt. Ergo ut essent Canon. Propriissimo  
igitur suo sine scripturæ sunt Canon. Neque  
eas Ecclesia Canonicas fecit, sed accepit; ta-  
lesque sub pœna damnationis eas habere &  
agnoscere tenetur. *Quicumq; enim secundum  
hunc CANONEM incedunt*, inquit Apostolus,  
*pax erit super eos & misericordia, & super Israel  
Dei.* Cōtrà igitur maledictio & ira super eos,  
qui secundum hunc CANONEM non ince-  
dunt. De jure autem Ecclesiæ circa canonē  
agnoscendum, discernendum declarādum,  
& prædicandum, ne hic longus sim, consu-  
lantur D. Zanchii, Witakeri, & aliorum li-  
bri. Videte porrò absurditatem. Scripturæ  
non sunt codices, membranæ, chartarum  
pagina, ut blasphemus ille *Gretserus* Ratis-  
bonæ nugatus est, sed sunt doctrina scripta,  
sententiæ divinæ scriptæ de Deo, de creatio-  
ne, de Christo, de redēptione, de vita & mor-  
te æterna &c. Dicere igitur scripturarum au-  
thoritatem h. e. veritatem & certitudinem,  
sive simpliciter sive quo ad nos, pendere ab  
Ecclesia, quid est nisi dicere, sententiās illas  
scripturæ: puta, quod sit Deus; quòd unus &  
trinus; quòd omnia ex nihilo fecerit; quòd  
Christus redemptor; quòd credentes vita æ-  
terna,



terna, incredulos mors eterna maneat &c: veras & fide dignas esse & à nobis credi, quia Ecclesia hoc testatur, & ita iudicat? quo quid absurdius & falsius? Nec juvat hic eos effugium, Ecclesiam non iudicare de Scripturæ veritate, sed de intelligentia mea vel tua: nec propter Ecclesiæ testimonium scripturas veras esse, sed veras credi. Nonne enim hoc ad blasphemiam satis est, Scripturas mihi vel tibi veras non esse, nisi quia Ecclesia veras iudicat?

*Bell. l. 3. c. 10  
de verbo.*

Præterea si Ecclesia illa, à cuius authoritate pendet scriptura, est Papa cū Episcopis: nonne fides & salus nostra tota suspenditur à Papa & Episcopis? Imò an non Papæ & Episcoporum fides, (si quam habent) pendeat ab ipsismet? Quare enim Papa & Episcopi credunt, scripturas esse divinas? Quia Ecclesia id statuit. Et quæ est illa Ecclesia? Papa & Episcopi. Nonne igitur papæ & Episcoporum fides est papæ & Episcoporum arbitriū, h. e. opinio & ludibrium? Quid erit fides laicorum ab hoc ludibrio dependens? Quid est ridere Deum, ludificari Ecclesiam, & evertere omnem fidem, si hoc non est? Asserunt ergo Papa & Episcopi, Deum esse, vitam æternam esse &c. credi oportere, quia ipsis ita videtur. Ubi verò manebit illud Apostolici? *Ne fides vestra cōsistat in sapientia hominum, sed in potentia Dei? Et. Novi, cui crediderim.*

*Papa fidem  
suam suspēdit  
à seipso  
vel à suis  
anteecessoribus.*

*1. Cor. 2. 5.*

*2. Tim. 1. 12*

B

Sed

Sed & vide, in quas angustias tali commēto ipsi sese adigant. Cum quæstio est de primatu Papæ & de Papalis Ecclesiæ infallibilitate, proferunt autoritatē scripturarum: *Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam: Spiritus veritatis ducet vos in omnē veritatem.* &c. Contrā, cum quæstio est de autoritate scripturarum, proferunt autoritatem Papæ & papalis Ecclesiæ. Infallibilitatem igitur Ecclesię suę probant per infallibilitatem scripturæ: infallibilitatem scripturæ vicissim per infallibilitatem Ecclesiæ. Et Papa est caput Ecclesię, quia scriptura hoc dicit: Et scriptura hoc dicens valet, quia sic vult Papa. Per hanc lineam, si bene observes, ferram perpetuò reciprocant & reciprocare coguntur, quoad tenent hoc falsum principium, autoritatem scripturæ ab autoritate Ecclesiæ pendere. Quid verò hoc est, nisi ridiculè principium petere, & idem per se ipsum probare? Non mirum igitur, si ex scripturis timidiùs disputant, & solam dogmatum normam eas ferre non possunt. Nam non modo in plerisque illas adversari sibi sentiunt, sed & omnem ex illis probationem sibi parum utilem aut firmam esse facile observant, qui sunt nasutiores, posita illa, quam dixi, falsa hypothesis.

Quod porrò de obscuritate & imperfectione scripturarum cavillantur, blasphemia  
non

*Mat. 16. 18.  
Ioh. 16. 13.*

*Papista  
Scriptura-  
rū autho-  
ritates sibi  
reddunt  
inutiles.*

nō caret. Quomodo enim lex Dei est lucida, illuminans oculos? quomodo lucerna pedibus nostris? quomodo Hesperus lucens in caliginoso loco, h. e. in tenebricosis nostris pectoribus, illuminans mentis oculos atque vivificans corda, si adeo tenebricosa est? Aut quomodo omnis scriptura *ἰερόπνευστος* dicitur utilis ad doctrinā, ad institutionē, ad correctionem, & ad omnia ea, quæ hominē Dei faciunt perfectum, si adeo imperfecta est? Omitto testimonia, argumenta, auctoritates scripturarum & vetustatis, quæ de utraque scripturarum laude plurimæ contrā afferri poterant. Unum non præteribo argumentum, quod studiosi S. Theologiæ non negligent, quia ante decennium Jesuitas Moguntinos vidi ad illud modo non obstupescere, à partibus ad totum deductum: Quod partibus suis essentialibus non obscurum est sed perspicuum, id totum perspicuum est, falsoque obscuritatis accusatur. Scriptura sacra partibus suis essentialibus perspicua est. Partes sunt Lex & Evangelium. Quicquid enim in Scriptura continetur, vel Legale est vel Evangelicum, nec datur tertium. Legis summa est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima &c. & proximum tuum sicut te ipsum.* Quid hinc obscuritatis? Evangelij summa est: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat,*

*Psal. 19. &**119.**2 Pet. 1. 19.**2 Tim. 3.**Scriptura  
rū claritas  
& perfectio  
demonstratur.**Deut. 6. 5.**Luc. 10. 27.**Mat. 22. 37**Ioh. 3. 16.*

*sed habeat vitam eternam.* Quid hic etiã ob-  
 scuritatìs? Tota proinde scripturæ doctrina  
 perspicua est, nihil obscuritatìs habens in  
 iis, quæ ad fidem & mores & salutem perti-  
 nent. Quicquid verò alicubi obscuritatìs  
 apparet, non est in scriptura, sed in intellectu  
 nostro, & culpa nostra. Intellectus vero no-  
 stri tenebras non pellit authoritas Ecclesiæ,  
 sed illuminatio Spiritus, per studium, preces,  
 meditationes nostras, & vocem Ecclesiæ.

Eadẽ ratione perfectio scripturæ obtine-  
 tur. Cujus enim partes essentialis perfectæ  
 sunt, id totum perfectum est. Scripturæ par-  
 tes perfectæ sunt. Quid enim perfectius di-  
 lectione summa Dei & proximi? Quid dee-  
 rit ad salutis doctrinam & fidem, si Christum  
 redemptorem agnoscimus, & fide vera meri-  
 tum ejus amplexi per spiritum ei incorpora-  
 mur? Nihil utiq;. Perfectã igitur undiquaq;  
 esse scripturã, quantũ ad salutis, fidei & mo-  
 rum doctrinam, firmissimè ita concluditur.

*Papa Ro-  
 manus non  
 potest esse  
 iudex in  
 dissidio re-  
 ligionis.*

Postremò, papam esse Ecclesiæ caput, mo-  
 narcham ἀντιπρωθυπουργον, proinde summum cõ-  
 troversiarum Ecclesiasticarum iudicem, im-  
 pudens est parasitorum papalium cõmentũ  
 nupera disputatione Candidati nostri satis  
 discussum. Papa in hoc religionis dissidio est  
 reus conventus, vel certe pars altera. Iudex i-  
 gitur in sua causa esse neutiquam potest.

At Ecclesia est iudex, & Papa est Ecclesia.  
 Hoc

Hoc falsum, illud incongruum est. Ecclesia enim litigat pro fide, aut cum extraneis & alienis, & sic est pars; aut cum intraneis & schismaticis, cum ipsa est divisa, ut nunc divisa est in Papatum & Evangelicos, & sic est pars. Ecclesia igitur iudex neutro modo esse potest. Iudex verò summus dogmatum, cum hæc sint merè νοητὰ, καθολικὰ καὶ θεῖα, non alius esse potest, quàm eorum author, revelator & καρδιογνωστὴς Deus, qui ad iudicium scripturarum nos remittit cœlitus clamās: *Habēt Mosen & Prophetas, audiāt illos. Ad legē & ad testimonium. &c.* Sed de hoc aliàs. Ad Papam redeo. Iudex est, inquiunt, quia solus conveniri & judicari à nullo potest, omnes ipse iudicans. Sic quidem Gratianus Papæ adulator Dist. 40. c. *Si Papa*; ubi in tantum dicit papam à nullo mortalium posse redargui, ut, si sceleratis suis moribus, exemplis, artibus, fraudibus, innumerabiles animas secum ad Orcum trahat in Gehennam, nemo tamen præsumat dicere: *Domine Papa, quare hoc facis? quia cuncta ipse iudicaturus à nemine est iudicandus.* Verùm sceleratè depravat, & ad Papæ tyrannidem torquet Gratianus dictum Apostoli ad omnes fideles quadam analogia pertinens: *Spiritualis quidem homo dijudicat omnia, at ipse à nemine dijudicatur;* quorum verborum sensus est: Homo animalis non potest, sed homo à spiritu Dei illuminatus potest discernere

B 3 cernere

1 Cor. 2. 15.

1 Joh. 2. 21.

1 Cor. 12. 10.

cernere veritatem à mendacio, doctrinam Dei ab hominum commentis, minimeque hallucinatur, quia donatus est spiritu discretionis, & unctio docet nos omnia: necessaria nempe ad salutem. Bene tamen est, quod addit ibi Gratianus: *Papam non judicari à quoquam, nisi sit devius à fide.* Tunc ergo ex iudice fit reus, & judicari debet. At nunc est devius à fide, & hæreticus hæreticorum, idque vel ex Irenæi iudicio modò allegato, ut aliis argumentis nullis sit opus. Cùm enim redarguitur ex scripturis ejus idolomania & tyrannis, vertitur in accusationem scripturarum, ut supra vidimus. Iudex ergo in hoc dissidio quî erit? Sed jam tempus est, ad alterum caput ut mea se convertat oratio.

NON dissimile, diversum tamen à superioribus est palmarium, quod Ecclesiam suam dibapho vetustatis fucare norunt. Papatum suum veram esse Ecclesiam jactitant, quia omnes Patres stant à Papistarum parte: Evangelicas veras Ecclesias non esse, quia omnes Patres illis adversantur. Recitabo hîc vobis verba cujusdam amici, qui à doctrina Christi ad Papatus defensionem nuper defecit, ex sua ad me epistola: *Ecce ego, inquit, FIDENTER assero, totam vobis antiquitatem à primo statim patre usq; ad ultimum (quorum quidem scripta ad manus nostras pervenerunt) non in uno aliquo, sed in omnibus, quos ab Romana Ecclesia diversos*

Iust. Calvini  
opus 6. Inm.  
1601.

*versos habetis, articulis adversari & c. Aut ergo asserite, vos solos à vite præcisos errare, quod probabilius est; aut totam Christi Ecclesiam non in hac tantum mundi senectâ, sed ab initio quoque in errore versatam: Et quia Romanæ Ecclesiæ instituta examussim sequitur, characterem Antichristo in primo statim ovo, ut ita loquar, accepisse, ac propterea periisse. Quæ tanta blasphemia est, ut nulla major esse possit.*

Thraſonicâ fidentiâ dicerē, nisi amicus esset: gravē certè accusationem auditis atq; sententiâ. Sed quàm sit vera, tunc apparebit, si ad formam hoc modo revocaverimus: Quibus tota antiquitas à primo patre ad ultimum non in uno sed in omnibus articulis controversis adversatur, ii aut ipsi à vite præcisi errant, aut dicere necesse habent, totam Christi Ecclesiam jam inde ab initio in errore versatam esse: & quia Romanæ Ecclesiæ instituta examussim sequitur, characterem Antichristi in primo statim ovo accepisse, ac propterea periisse. Atqui, ut hic fidēter asserit, omnes inde à primo ad ultimū patres in omnibus articulis controversis nobis adversantur. Ergo aut nos præcisi ab Ecclesia erramus, aut tota Ecclesia inde ab initio in errore est versata, & tanquam Antichristiana periit. At posterius absurdum & blasphemum: verum ergo prius. Isto glaucomate se & alios imperitos miser fascinoavit & fascinoat.

B 4

Sed

*Achilles  
Papistark.*

Sed sunt inanes præstigiæ, totq; penè falsa quot verba. Perstringam singula paucis, ne tempore, patientia, & attentione vestra, Auditores, videar abuti.

*An quibus  
Patres ad-  
versantur  
si præcisi à  
vite errent*

Principiò, ut maximè assumptionem huic daremus: in propositione tamen falsum est, quod quibus Patres sive unus sive decem sive centum adversantur, mox illi à vite præcisi errent, nec sint vera Ecclesia; nisi demonstretur omnium PATRUM PATRES h.e. Prophetas & apostolos eis adversari. Reverenter habemus patres, ut eximios Ecclesiæ Doctores: non tamen habemus, ut fidei moderatores, penes quos sit veritatis & erroris regula. *Solis enim scripturis Canonicis sine ulla recusatione debemus consensum*: teste Augustino: Cui hæ adversantur, is à vite præciscus sine dubio errat. In patribus, quicquid divinarum scripturarum congruit authoritati, cum laude eorum accipimus: quicquid vero non congruit, cum eorum pace respuimus. *Quicquid enim non descendit de monte Scripturarum, ea facilitate contemnitur, qua approbatur.* Non dicam Patres in suis scriptis variè invicem adversari, ut norma rectitudinis esse non possint. Et patrum scripta, quamdiu fuerunt in potestate Monachorum, varie interpolata & adulterata passim non obscuris notis observare est. Hoc solum dicam: Patres ipsos sibi credi non velle, nisi quatenus consentanea docent

*Aug. cont.  
Pelag. de  
natura &  
gratia.*

*Aug. cont.  
Cres. l. 2. c. 3  
Hieron. in  
Matt. cap.  
23. Biel. in  
4. d. 1. q. 1.*

*Aug. l. 2. de  
bono perse-  
c. cap. 21. &*



docent scripturis ; & Ecclesiam nobis per-  
 petuo in scripturis monstrare : *Inter nos & Donatistas* quæstio est, ubi sit Ecclesia, inquit Au-  
 gustinus. *Quid ergo facturi sumus? in verbis no-*  
*stris eam quæsituri sumus, an in verbis capitis sui*  
*Domini nostri? Puto quòd in illius verbis eam quære-*  
*re debemus, qui veritas est, & optime novit corpus*  
*suum.* Hæc ille ; Taceo alios patres. Sic inter  
 nos & papistas hodie quæstio est, ubi sit Ec-  
 clesia? Quid hic facturi sumus? In verbisne  
 Ecclesiæ, id est, Papæ & Episcoporum juxta  
 ipsos eam quæsituri sumus, an in verbis ca-  
 pitis nostri Christi, id est scripturis? Puto  
 quòd in scripturis. Augustinus certe judicē  
 nobis ostendit non verbum Patrum aut Pa-  
 pæ, sed verbum Christi h.e. scripturarum. *Ibi*  
*queramus Ecclesiam, ibi discutiamus causam no-*  
*stram,* inquit idem paulo post c. 3. Quid igi-  
 tur iste bonus nos remittit ad Patres vel ad  
 Ecclesiam, cum quæstio est de Ecclesia?

Acris erat olim inter Hieronymum & Augustinum disceptatio de facto Petri, seri-  
 one an simulate fuisset reprehensus à Paulo,  
 eò quòd Gentes coegerat judaizare. Hiero-  
 nymus pro sua sententia, h.e. pro collusione  
 Apostolorum citabat patres sex vel septem,  
 Augustino exprobrans, quod nullum pro se  
 allegare posset. Quid hic Augustinus? Tria  
 respondit, quæ & nos istis respondemus.  
 I. Quod Hieronymus ipse aliquot eorum

*cōt. Pet. E-*  
*pist. cap. 4.*  
*& de unit.*  
*Eccl. c. 3.*  
*Chrysof in*  
*Matt. hom.*  
*49.*  
*Aug. de u-*  
*nitate Ec-*  
*cl. c. 2.*  
*Ecclesiam*  
*non in Pa-*  
*tribus sed*  
*in Scriptu-*  
*ris queren-*  
*dam esse.*

*Controver-*  
*sia inter*  
*Hierony-*  
*mum & Au-*  
*gust. quom-*  
*dice diu-*  
*dicata.*  
*Gal. 2. 9. 12.*  
*Epist. 10.*

B 5

quos

pag. 12.

*Vna Scri-  
ptura au-  
thoritas o-  
mnibus Pa-  
tribus ante  
ferenda.*

*Aug. Epist.  
48.*

quos allegasset auctoritatem infregisset. Ita  
revera objicere possumus Papistis, quòd  
multorum ipsi Patrum quos citant auctori-  
tatem infringant. Nec difficile esset ostende-  
re, si tempus ferret. Legatur in Indice expur-  
gatorio censura Jesuitarum Duacensium su-  
per BERTRAMI libellum. Nos ipsi, inquit,  
*in Catholicis veteribus PLURIMOS ferimus ER-  
RORES, & extenuamus, excusamus, EXCOGITA-  
TO COMMENTO, persape NEGAMUS, & com-  
modum ipsis sensum AFFINGIMUS, &c.* Audite,  
quæso, istos forices, ut suo se strepitu hinc pro-  
dant. II. Quod & ipse possit pro se allegare  
aliquos: Cyprianum, Ambrosium &c. Ita ne  
dubitent isti, nos posse multos in multis pro  
nostra doctrina allegare, ubi res postulave-  
rit. III. Possent, inquit, forte tres reperire si mul-  
ta legissem: veruntamen pro omnibus mihi UNUS  
Apostolus PAULUS occurrit. Ad ipsum confugio, ad  
ipsum ab omnibus, qui aliud sentiunt, literarum ejus  
tractatoribus provoco. Ita nos, ut maximè o-  
mnes nobis Patres adversarentur ( omnes  
verò nec legimus nec habemus ) ab omnibus  
ad UNUM Paulum, ad UNICAM scripturam  
provocamus. Similiter respondet Augusti-  
nus Vincentio Donatistæ. Hoc est unum,  
ex quo patet, falsam esse hanc assertionem,  
quibus omnes Patres adversantur, eos à vite  
præcisos errare.

*Secundò æquè falsum vel lubricum est al-  
terum*

terum connexum, quod si dissentientes à patribus non errant, necesse sit dicere, totam Christi Ecclesiam inde ab initio in errore versatam esse. Neque enim Patres, quos forte habemus viginti aut triginta reliquos, sunt tota Ecclesia vel tota antiquitas, cum plures interciderint Ecclesiæ scriptores, quàm nobis supersint. Et in iis, qui supersunt, plurima non esse γνήσια, sed partim vetustatis vitio, partim librariorum incuria, & monachorum audaciâ adulterata, plusquam probabile est, quæ proinde pro erroribus vel patrum illorum, vel totius Ecclesiæ censi non possunt. Denique si hodie non est absurdum, sed probabile & verum, multos filios suis patribus, multas oves suis pastoribus, multas Ecclesias suis Episcopis, multosque discipulos suis Doctoribus & scriptoribus rectius sentire & credere; quidni idem olim fieri potuerit? ut verbi causa Origenes, Hieronymus, vel alii, erronea quædam scripserint, non omnibus approbata Ecclesiis vel laicis, vel etiam Episcopis: cujus rei exempla haud esset difficile proferre, si tempus ferret.

Tertiò falsum id quoque est, blasphemiam esse dicere, aut credere, totam Ecclesiam inde ab initio ad hæc tempora in aliquo errore versatam esse. Imò adeò id non est blasphemum, ut sit verissimum. Examine Ecclesias

*Patres aliquot non sunt tota vetus Ecclesia.*

*Ecclesia nunquam fuit absq; omni errore aut labe.*

Eus. l. 3.  
Hijl. c. 32.

clesias propheticas : explore Apostolicas, an absq; errore & labe aliquādo fuerint. Sane Corinthii, Galatæ, & septem illæ Asiaticæ Ecclesię in Apocalypsi satis id cōprobāt. Eusebius ex Aegesippo scribit : post tēpora Apostolorū Ecclesiā non diu mansisse purā & immaculatam virginem. Audite Eusebiū: *Post hac idem scriptor ( Aegesippus ) addidit etiam hoc, quod usq; ad illa tempora virgo munda & immaculata permansit Ecclesia, corruptoribus veritatis & divini verbi temeratoribus aut nusquam omnino extantibus, aut etiamsi qui forte fuerant in occultis & abditis terræ hiatibus delitescantibus. Ut vero & Apostolorum chorus, & omnis illa ætas, que in Domino suscepit vivæ vocis auditum, de hac luce discessit, tum velut in vacuam domum falsæ doctrinæ impius se error immisit, & tanquam ubi nullus jam divini census defensor existeret, nudato ( ut ajunt ) capite corripientes arma mendacis oppugnare Apostolicam veritatem nituntur. Hæc ibi. Virginē vocat intemeratā, propter purū doctrinæ fundamētum & apostolicā disciplinæ formam, licet absque labe non esset. Soli igitur prophetæ & Apostoli hanc merentur laudem, quod in nullo errore doctrinæ versati sint. Prophetæ verò & Apostolicæ, nedum subsequentes Ecclesiæ, ab ea laude procul plerunque abfuerunt : nec mirum, cum Apostolus de se etiam dicat; Ex parte cognoscimus,*

*scimus, ex parte prophetamus.* Sicut igitur cœ- 1 Cor. 13. 9.  
 lum nunquam est ita limpidum, quin aliqua  
 obscuretur nubecula: ita Ecclesia nunquam  
 in hac vita fuit vel erit tam pura, quin aliqua  
 inquinetur ignorantia vel erroris labecula.  
 Tunc enim demum omni ignorationis &  
 erroris vacabit nota, quando purgata fuerit  
 ab omni deformitatis macula & ruga, faten-  
 te Apostolo Eph. 5. 27.

*Quartò:* Falsissimum id quoque, totam  
 antiquitatem Romanæ Ecclesiæ instituta  
 examussim secutam esse. Neque ut hoc pro-  
 blem procul mihi eundum, aut multis labo-  
 randum est. Ad vitas Pontificum Romano-  
 rum, ad Platinam, ad Polydorum Vergilium  
 de inventoribus rerum, ad conciliorum To-  
 mos istum remitto, ut discat, quæ fuerint ve-  
 tera, quæ nova sint Ecclesiæ Romanæ insti-  
 tuta.

Hinc quinto loco vanissimum id quoque  
 esse evincitur, quod iste noster colligit, si Ec-  
 clesia Romana nunc habet characterem An-  
 tichristi, imò si inde à Bonifacio III. annis cir-  
 citer 998. habere cœpit: totam vetustatis  
 Ecclesiam in primo statim ovo (ut repo-  
 nam ejus elegantiam) eundem Antichristi  
 characterem accepisse. Quasi verò pullus nō  
 potuerit degenerare ab ovo: aut quasi quæ  
 olim juvencula fuerat virgo, non potuerit a-  
 dulta fieri meretrix. Videte quid Deus que-

*Ecclesia Ro-  
 mana ve-  
 tus & no-  
 va multis  
 dissimilis.*

*Romana  
 Ecclesia o-  
 lim virgo,  
 nunc mere-  
 trix.*

*Pullus de-  
 generavit  
 ab ovo.*

*Ies. c. 1. 21.*

ratur

ratur de Ecclesia Judaica per Ezechielem :  
 cap. 16. & 23. per totum. Quid per Esaiam ex-  
*Ies. c. 1. v. 21.* clamantem : *Quomodo facta est meretrix civitas*  
*fidelis ?* Recordamini, quid de Ecclesia virgi-  
 ne modo dixerit ex Aegesippo Eusebius.  
 Refutabit eum solus GREGORIUS M. cujus  
 successor *Bonifacius III.* fuit præcursor Anti-  
 christi, cum *Gregorius* tamen non esset : quia  
 universalis Episcopi larvam ipse respuebat,  
 quam post eum sibi rapiebat *Bonifacius*, non  
*Greg. regest* moratus, quod *Gregorius* nomen UNIVERSA-  
*a l. 6. ep. 30.* LIS dixerat *a stultum, frivolum b, perversum & c*  
*b l. 4. ep. 34* *scelestum* vocabulum, & ipsissimum *d* Anti-  
*c l. 4. ep. 39.* christi titulum. Ego, inquit, *fidenter dico, quia,*  
*d l. 6. ep. 30.* *quisquis se universalem sacerdotem vocat vel vocari*  
*desiderat, in elatione sua ANTICHRISTUM præ-*  
*currit, qui superbiendo se cæteris præponit.*

*Non qui vis*  
*error Eccle-*  
*siam tollit*  
*aut perdit.*

Denique ne de falsitate propositionis plura  
 afferam, damus blasphemiam esse dicere Ec-  
 clesiam totam periisse : id enim promissioni  
 Christi Matth. 16. & fidei Apostolicæ con-  
 trarium esset : sed negamus cohærere, quæ  
 rursus iste connectit : Si tota Ecclesia in er-  
 rore versata est : totam igitur mox periisse,  
 vel ideo Antichristi characterem accepisse.  
 Neque enim, si Ecclesia post tempora Apo-  
 stolorum subinde in aliquo fuit errore, fuit  
 in omni aut in lethalib. errorib. Nō quivis  
 error Ecclesiā perdit : Sed error in funda-  
 mento totalis & finalis. Neque quivis error  
 mox

mox est character Antichristi, quoniam iste de quo loquitur character, non est unus aut alter error in doctrina, sed potius est illa jurisjurandi religio bestiae Romanae praestita, quod omnis creatura credere tenetur, bestiam esse caput Ecclesiae, & se de necessitate salutis bestiae subjectam esse. *Bonif. 8. extra. de major. & obedientia.*

*Character  
Antichristi  
quid sit. A-  
poc. 13. 12.*

Nunc venio ad assumptionem, utque brevissimè me expediam (video enim me tempore excludi) *Ecce ego*, inquit iste, *fidenter assero, totam vobis antiquitatem à primo patre ad ultimum non in uno sed in omnibus articulis controversis adversari.* Ego verò assero, te fidenter nugari, & fidenter mentiri. Da veniam fidei. Tunc totam antiquitatem inde à primo patre ad ultimum vidisti, legisti, cognovisti? Si ais, sanè tu primus es. Si negas, quomodo non vanus es, ne dicam, insigniter impudès? Sed demus hunc solum & primum omnes patres vidisse & legisse, quia forte Cypriani, Hieronymi, Ambrosii, & Augustini **I N D I C E S** aliquando pervolvit, aut sententias aliquas Augustini suppilavit, quas dum passim crepat, sibi alter Augustinus videtur.

*Omnes Pa-  
tres nobis  
adversari  
in omnibus  
articulis cō-  
troverfis  
falsum.*

*Primum* repeto, quod suprà dixi, non nos morari, si Patres nobis adversentur, modò **PATRUM PATRES** Prophetæ & Apostoli à nostris stent partibus, de quo tam sumus certi, quàm qui certissimi. Deinde non contemnimus

mnimus

minimus consensum patrum, ubi habere possumus in veritate, non in errore: in auro & argento, non in fœno & stipulis. *Tertio* poteram tam impudentem assertionem universalem, omnes nimirum patres in omnibus nobis adversari, vel una instantia infringere, & quidem facillime: Nulla enim propositio facilius infringitur, nulla difficilius astringitur, quàm universalis affirmans, ut nostis ex Aristotele. Sed agam ingenuè.

*Arist. l. 1.  
priorum. c.  
26.*

*In Patri-  
bus discer-  
renda do-  
gmata &  
ritus.*

*Col. 2.  
Gal. 5. 1.*

*Socr. l. 5. c. 2  
Sozom. l. 7.  
c. 19.*

Ac primum discernor ritus seu ceremonias & dogmata ipsa. Si in ritibus, ordinibus, cathedris, infulis, chrismate, oleo, signo crucis, jejuniis, liturgiis, altaribus, psalmodiis, Martyrum sepulcris, memoriis, epulis, festivitibus, similibusque aliis, vetustas tota vel ex parte dissentire à nobis dicatur, quid tum? Quasi verò in elementis mundi consistat religio, & in ritibus humanis non fruatur libertate Christiana Ecclesia ex præcepto Apostoli, aut quasi non ipsi Papistæ hodie plerisque illis veterum institutis teneri nolint, multa antiquaverint, nova invexerint, alia aliter observent. Sed & olim in plerisque illis non modo liberam, sed & valde variam fuisse observationem in diversis Ecclesiis, testis est historia Ecclesiastica. Quin ipsi Patres jam suo tempore cum ritibus superstitiones intolerabiles in Ecclesiam invehi videbant & improbabant. Ambrosius epulas



epulas ad sepulcra Martyrum prohibebat, quod illi quasi parentalia gentilium superstitioni essent similima. Non permittebat ergo Monicę matri Augustini epulas suas in canistro efferre ad sepulcra martyrum, Augustino teste: qui etiam queritur jam suo tempore Ecclesiam multitudine rituum gravatam fuisse adeo, ut tolerabilior esset Judęorum quàm Christianorum conditio. Quid hodie diceret, si theatricos ludos, histrionicas nugas, pompas Persicas planè infinitas & intolerabiles Papatus, in quibus illi  $\alpha$  &  $\omega$  religionis suę statuunt, videret? An subscriberet Carolo apud Gratianum querenti, *tolerandum esse jugum, quod à sancta sede imponitur, licet sit intolerabile? Dist. 19. c. In memoriam &c.* Neque tamen nobis cum Papistis præcipua lis est de ritibus, nisi de iis, quos suo genere vel impios vel supersticiosos esse palam est.

Ad dogmata venio, eaque controversa: nam de non controversis non quæritur. Illa verò non sunt uniusmodi, sed quasi quatuor generum. Primum, quædam spectant principia doctrine seu fidei, ut de Canone, autoritate, claritate, perfectione, lectione, interpretatione denique S. Scripturarum. In his totam antiquitatem non nobis sed Papistarum & Jesuitarum blasphemis assertio nibus manifestissimè adversari, adeo liqui-

C

dum

*Aug. l. 6.  
confess. c. 2.*

*Aug. Epist.  
119. c. 19.*

*Dogmata  
apud Pa-  
tres qua-  
tuor gene-  
rum.*

I.

*Dogma  
principio-  
rum.*

dum esse dicimus, ut nihil sit liquidius, quicquid illi contradicant.

II.  
Dogmata  
fundamēti

Sunt *deinde* alia, quę concernunt ipsam fidem, & habent se vel ut fundamentum, vel ut aurum & argentum fundamento superstructum: ut sunt, de Providentia Dei, de æterna prædestinatione, de Gratia & libero arbitrio, de lege & Evangelio, de pœnitentia seu cōversione, de sacrificio & merito Christi, de remissione peccatorum, & justificatione per fidem absque operibus, de perseverantia sanctorum, de natura, usu, & numero Sacramentorum &c. In his & similibus Patres orthodoxos nobis adversari, tam esse falsum quam quod falsissimum, facile equidem demonstrarem, nisi id & hætenus à nostris demonstratum esset sæpius, & tempus me ad alia vocaret.

III.  
Dogmatū  
stipulæ.

*Tertiò* sunt quædam dogmatum stipulæ, quas non negamus maturè à Patribus quibusdam in Ecclesia fundamento cœpisse superstrui. Eas quidem Papistæ hodie ut aurum arripiunt, nos verò ut fœnum & stipulas non recipimus: sed salvo Patrum honore, tanquam doctrinas incertas vel à Scripturis alienas, nec omnibus Patribus certò approbatas, omittimus: ut sunt, de Ecclesiæ hierarchia visibili, monarchica, & regno mundano: de Petro Apostolorum principe, Ecclesiæ fundamento & capite, de Ro-

mana

*mana* sede Ecclesiarum matre, Domina, habente primatum jure divino &c. *De mediatore*, quòd Christus homo sit mediator tantum secundum humanam naturam, quòd anima Christi ab utero habuerit plenitudinem virtutum actualiter: à Luca verò dicitur profecisse ut statura sic sapientia & gratia, non re ipsa, sed *λογησά* tantum &c. *De Antichristo*, quòd sit solitarius homo, sub finem mundi venturus, ac regnaturus annis tribus & dimidio, Judæus ex tribu Dan, Hierosolymis in templo sessurus &c. *De descensu Christi ad inferos*, quod localiter descenderit Christi anima in infernum: quòd animæ patrum ante Christum mortuum fuerint in limbo inferni: quod anima Christi prædicaverit patribus in limbo, eosque inde eduxerit, inferno destructo. &c. *De cultu invocationis*, Orandum & offerendum esse, pro defunctis. *De purgatorio*, quod sit aliquis ignis subterraneus præter Gehennam, purgans animas justorum, de quo Augustinus dubitanter, *Forfitan*, inquit, *verum est*; Ad quod bona Augustini venia respõderi potest: Forfitan verum non est. *De Baptismi & Eucharistiæ absoluta necessitate*: quòd infantes decedentes ante baptismum sint in damnatione: quodque infantibus Eucharistia sit necessaria ad salutem: quod calix miscendus sit aqua: & si quæ sunt aliæ id genus sententiæ incertæ &

Aug. de C.  
D. l. 21. c. 26

periculosa, pro quibus Papistæ hodie ex vetustate contra nos decertant.

*I V.  
Dogmata  
substantia-  
lia Papa-  
tus.*

*Deniq;* sunt quædam dogmata ad substantiam Papatus pertinentia, tanquam ipsissima regni Pontificii fundamenta, de quibus præcipua nobis hodie cum illis est controversia: ut sunt de primatu Romano tum dignitatis tum potestatis circa dogmata & jurisdictione: de Transubstantiatione panis in corpus Christi: de Missæ sacrificio proprie dicto, propitiatorio & impetratorio, de mutilato Cœnæ usu seu communionem sub una specie: de Jubilæis & indulgètiis Papalibus: de satisfactionibus & meritis humanorum operû: de Papæ utroque gladio: de Canonizatione cultu & invocatione sanctorum: veneratione reliquiarum & imaginum in templis &. Hæc, inquam, & similia omnia fidenter assero esse nova & impia Romanæ Ecclesiæ commenta, tam orthodoxæ vetustati ignota, quàm S. Scripturæ adversaria. Et poterant hæc non magno negotio singula in præsentia demonstrari. Verum nimis jam diu, Auditores, abutor patientia vestra, tuique oblitus videor, Candidate Clarissime.

Ad te proinde nunc me converto: & quanquam amplissimum hunc cœtum in honores tibi conferendos jam penitus videã intentum, tu tamen prius veniam tibi spondeo ) more solenni specimẽ aliquod doctrinæ tuæ

næ tuæ brevissimè auditorio proferre ne gra-  
 veris. Velim igitur paucis nobis explices mē-  
 tem tuam de hac quæstione, ut gravissima,  
 ita ob hereticorum blasphemias argutias ex-  
 plicatu summè necessaria : Quomodo dicat  
 Jehova in persona mediatoris Hoseæ 13.12.  
*Ero mors tua, ô mors,* Et Apostolus I Cor. 15. de  
 efficacia mortis Christi: *Absorpta est mors in  
 victoriam:* cùm morte Christi, neque ab æ-  
 terna morte videamur redempti, siquidem il-  
 la fuit tantum triduana & non eterna, neque  
 à corporali, siquidem nobis omnibus adhuc  
 est moriendum.

C 3

CAN

CANDIDATI  
RESPONSIO.

RECTE

**R**ECTE quæstionem gravissimam, bre-  
 viter ac solide expeditam audivistis à  
 nostro Candidato : de cujus jam egregia vir-  
 tute & eruditione dicerem aliquid, nisi ea o-  
 mnibus vobis foret perspectissima. Natus est  
 in celeberrima Borussiae regalis metropoli  
*Dantisco*, parentibus honestis & orthodoxae  
 religioni addictis, patre **GREGORIO KE-**  
**KE**RMANNO, qui ex honesta *Kekermanno-*  
*rum* familia Stargardiae in Pomerania ortum  
 trahens, liberalibus disciplinis à puero eru-  
 ditus in aulâ **BARNMI** Pomeraniae Ducis  
 multis annis honorifice habitus fuit : post  
 vitae aulicae pertæsus Dantiscum venit, ibiq;  
 uxore ducta *Gertrude* ex honorata *Löringorum*  
 familia, foemina honesta & religiosa, matre  
 nostri Candidati, annos ultra triginta priva-  
 tam vitam egit, orthodoxae fidei unâ cum  
 fratre *M. Ioachimo Kekermanno* urbis pastore,  
 suo loco confessor ac propugnator etiam  
 cum vitae ac fortunarum periculo. Funda-  
 menta pietatis & literarum præclara hausit  
 sub disciplina Viri Reverendi & Clarissimi  
*D. Jacobi Fabricii*, S. Theologiae Doctoris (quæ  
 honoris causa nomino) Gymnasii Danti-  
 tiscani Rectoris, orthodoxae fidei contra **A-**  
**nabaptistas**, **Samosatenos**, **Papistas**, aliosq; *op-*  
*godoxiæ* adversarios assertoris constantissimi.  
 Anno ætatis decimo octavo in Acad. Wit-  
 tebergenfem missus sub Electore **CHRISTI-**



**A**NO I. verè Christiano & illustrissimo, bien-  
 nio philosophiæ & Theologiæ primitias  
 hausit: Inde in Lipsensem Academiam di-  
 gressus, ac semestre ibidem moratus, Heidel-  
 bergam venit anno 1592. Ubi qualem se ad-  
 huc in omnium nostrum conspectu gesse-  
 rit, quid dicam, cum nulli non constet? Cō-  
 secutus ab inclyta facultate Philosophica  
 gradum Magisterii, primum utranque ex or-  
 dine Regentiam Contubernii Academica-  
 liquandiu cum laude administravit: postea  
 à Serenissimo principe Electore FRIDERICO  
 IIII. Domino ac patrono nostro Clemen-  
 tissimo, ad gubernationem tertiæ classis in  
 illustri Pædagogio vocatus: mox etiam præ-  
 ceptoribus Collegii, quod SAPIENTIÆ VO-  
 cant, asscitus: tandem ab Amplissimo Sena-  
 tu Academico etiam publicæ professioni S.  
 linguæ præfectus est. In quo munere ita ver-  
 satum novimus omnes, ut non solum audi-  
 toribus publicè privatimq; gratus atque u-  
 tilis fuerit, sed & evulgatis non paucis inge-  
 nii præclaris monumētis, nominis celebra-  
 tem acquisiverit: qua permotus Senatus  
 Dantiscanus, ab hinc quinquennio, ad Con-  
 rectoratum inclyti, quod ibi est, Gymnasii,  
 literis honorificè scriptis, eum invitavit. Ei  
 vocationi cum gravibus de causis assentiri  
 tunc non posset, maximè quòd ab his Athe-  
 nis nostris & dulcissimo Musarum confor-  
 tio, absq;



tio, absque summo dolore & studiorum dispendio, abstrahi nequiret; ecce rursus anno superiore ab eodem Senatu Dantiscano ad professionem publicam in Gymnasio patrio solenni diplomate vocatur. Quam iteratam vocationem divinam esse ratus & amplexus, minimè sibi ex Academia, quæ ceu dulcis nutricula integro eum decennio gremio suo benigne fovit, discedendum putavit, quin publicum ab ea diligentiae & doctrinae testimonium, LICENTIÆ Theologicae gradum, quasi pro solenni ad docendum ordinatione, publico ritu consequeretur: quem honoris ac potestatis titulum, publicè ac privatim præstitis ab eo juxta leges præstandis, lubens ac meritissimo ei decrevit inclyta Theologica Facultas, mihi que, ut in præsentem hac panegyri ejus satisfacerem desiderio, negotium demandavit: nec video cur non id faciam confestim, modò prius, tu Ornatissime D. Candidate, juxta statuta inclytæ nostræ Facultatis ad capita consueta solenni jurejurando temet astringas, quæ hæc sunt:

C 5

Præ-

PRÆLECTO ET  
præstito jurejurando.

**Q**UOD igitur felix faustumque sit, ego  
*David Pareus S. Th. Doctor & professor*  
Ordinarius, ac pro tempore facultatis The-  
ologicae Decurio, pro ea qua in præsentia  
fungor authoritate publica : Te: *M. Bartho-*  
*lomæum Kekermannum Dantiscanum: S. Theolo-*  
giæ LICENTIA TUM creo, designo, re-  
nuncio atque saluto: talemque ab omnibus  
haberi & salutari volo: potestatem tibi fa-  
ciens, insignia Doctoralia & summos in S.  
Theologia honores vel nunc vel quovis tē-  
pore petendi: Quin & S. Theologiam au-  
thenticè juxta præscriptam prophetarum &  
Apostolorum normam publice privatimq;  
in scholis & Ecclesiis docendi, explicandi,  
profitendi, prout legitima ubivis locorum  
id tua postulabit vocatio: In nomine Sacro-  
sanctæ & individue Trinitatis Dei Patris, Fi-  
lii & Spiritus Sancti.

Quod superest, eundem verum & æ-  
ternum Deum patrem Domini nostri Jesu  
Christi cum filio & Spiritu Sancto toto pe-  
ctore invoco, ut te vas salutare gratiæ & glo-  
riæ suæ efficiat, te donis Spiritus sui magis  
magisque exornet, in puro fidei consensu, &  
charitatis Zelo, quem nobiscum & cum o-  
mnibus fratribus modò testatus es, te perpe-  
tuò con-

tuò confirmet; denique honores rite ac me-  
 rito tuo tibi collatos dirigat ad sacrosancti  
 nominis sui gloriam, ad Ecclesie & infirmo-  
 rum fratrum ædificationem, ad patrię tuę  
 nobilissimę sempiternum decus, ad familię  
 Kekermannicę splendorem & ornamen-  
 tum: denique, quod caput erit, ad tuam ipsi-  
 us eternam salutem.

*A M E N.*

**PATRUM**

ego  
 effor  
 the-  
 ntia  
 rtho-  
 olo-  
 , re-  
 ibus  
 i fa-  
 n S.  
 s tē-  
 au-  
 m &  
 mq;  
 ndi,  
 rum  
 cro-  
 , Fi-  
 & æ-  
 Jesu  
 pe-  
 glo-  
 agis  
 u, &  
 n o-  
 rpe-  
 on-

## PATRUM DE S C R I -

OPTURIS SACRIS EA-  
rumq; lectione Judi-  
cium.

*August. ad frat. in eremo. Serm 38.*

Legite, fratres mei, scripturam sacrā: le-  
gite eam, ne cęci sitis & duces cęcorum:

Legite sacram scripturam, in qua quid te-  
nendum & quid fugiendum sit plene inve-  
nietis: & deinceps per totum.

*Idem lib. cont. Pelag. de natura & gratia.*

Solis Canonicis scripturis sine ulla recu-  
satione debeo consensum.

*Idem cont. Cresc. Gramm. l. 2. c. 31.*

Nos nullam facimus Cypriano injuriam,  
cum ejus quaslibet literas à Canonica divi-  
narum scripturarum autoritate distingui-  
mus. Neque enim sine causa tam salubri vi-  
gilantia CANON ECCLESIASTICUS constitu-  
tus est, ad quem certi Prophetarum & Apo-  
stolorum libri pertinent, quos omnino ju-  
dicare non audeamus, & secundum quos de  
ceteris libris vel fidelium vel infidelium li-  
berè judicemus.

*August. Ibidem.*

Ego hujus Epistolę (Cypriani ad Jubai:)  
autoritate non teneor: quia literas Cypri-  
ani non ut Canonicas habeo, sed eas ex Ca-  
nonicis

nōnicis confidero: & quod in eis divinarum  
scripturarum authoritati congruit, cum lau-  
de ejus accipio: quod autem non congruit,  
cum pace ejus respuo. Vide ibid. cap. 32. 38.

*Idem de Civit. Dei lib. 18. cap. 41.*

In authoribus sacrarum literarum figitur  
& TERMINATUR Canon.

*Vide in hanc sententiam authoritates Augustini:  
lib. 2 cap. 33. de nupt. & concupis. & epistola 166. &  
lib. de unit. Eccl. cap. 3. & 16. & libro de Pasto. cap. 4.  
& in Psal. 57. & de Bapt. adversus Donat. lib. 2. cap.  
3. & 9. & lib. 5. cap. 17. & de peccat. mer. & rem. lib.  
3. cap 7. & contra Maxim. Ari. lib. 3 cap. 4 Et cont.  
Faust. lib. 11. cap. 5.*

CHRYSOSTOM. hom. 3. de Lazaro.

Hortor vos: & hortari non desinam, ut  
non tātum hīc attendatis quę dicuntur: ve-  
rum etiam, cum domi fueritis, assiduē scri-  
pturarum divinarum lectioni vacetis.

*Per totam homiliam hortatur omnes ad diligen-  
tem lectionem scripturarum, ostendens varias lecti-  
onis hujus utilitates: quod suggerat remedia adver-  
sus tentationes Sarana: quod acuat studium pieta-  
tis, fugam vitiorum.*

*Diluit querelam de obscuritate, prolixè disse-  
rens de Scripturarum perspicuitate: Apostoli &  
Prophetę manifesta claraque, quę prodide-  
runt, exposuerunt omnibus veluti commu-  
nes orbis Doctores, ut per se quisque discere  
possit. ea, quę dicuntur, è sola lectione, juxta  
illud*

illud Jeremiæ cap. 31. *Erunt omnes Feodi Μακροι.*

*In difficilioribus jubet :*

1 *Affidue legere & frequenter non intellecta percurrere.*

2 *Accedere Doctores & sapientiores.*

3 *Invocare Deum pro intelligentia : Verum inquit etiam si nullus homo te docuerit quod quæris, ipse sine dubio referabit.*

Magna adversus peccatum munitio est lectio scripturarum.

Magnum præcipitium, profundum barathrum, Scripturarum ignoratio.

Magna salutis perditio, nihil scire ex divinis legibus.

Ea res & hereses peperit : ea vitam corruptam invexit: hæc sursum deorsum miscuit omnia.

Nam fieri non potest, nō potest, inquam fieri, ut quis sine fructu discedat, qui assidua attentaque Scripturarum lectione fruatur.

*AUGUSTINI judicium de se & suis scriptis.*

*Lib. 1. de Trin. cap. 2.* Non pigebit me, sicubi hesito quærere, nec pudebit, sicubi erro, discere.

*Lib. 2. de bono Persev. cap. 21.* Neminem velim sic amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in iis, in quibus me non errare perspexerit.

*Epistola. 119. cap. 21. ad Ian :* Non solum in aliis innumerabilibus rebus multa me latent: sed etiam in ipsis sanctis Scripturis multò plura nescio quàm scio. Vide

Vide eundem Epistol. ad Hieron.

*Biel. lectur. 41. in Canon.*

Sanctorum auctoritates, nisi fundatę sint  
in aliquo testimonio Scripture, vel ratione,  
non obligant ad credendum.

*Idem in 4. dist. 1. qu. 1.*

Quod non de mente scripture descendit,  
ea facilitate contemnitur, qua approbatur.



LXVII.  
 a per-  
 n in-  
 quod  
 st le-  
 para-  
 divi-  
 cor-  
 scuit  
 uam  
 idua  
 ur.  
 is.  
 cubi  
 rro,  
 elim  
 nisi  
 it.  
 na-  
 ent:  
 alto  
 Vide

AK T. 1828

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible handwritten text in the center of the page.

Handwritten text in the bottom right corner, possibly a signature or date.





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

# KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

